

Q. 184. 19

X 1975058

Ve  
631

DISSERTATIO INAUGURALI  
DE

PRÆSCRIPTIONE  
SAXONICA,

QVAM  
ex

MAGNIFICI FCTORVM ORDINIS

IN ILLVSTRI ACADEMIA JENENSI

DECRETO,

PRÆSIDE

DN. PETROMÜLLERO, J.C.

CONSILIAR. SAXONICO PROFESS. PUBL. CURIÆ PRO-

VINCIALIS, SCABINATUS AC FACULTATIS

JURIDICÆ ASSESSORE

P R O

L I C E N T I A

CONSEQUENDI

HONORES DOCTORALES

IN UTROQUE JURE

AD D. 11. NOVEMB.

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS EXAMINI SISTIT

JOHANN PHILIPP. Bötticher/

KELBRA-THURINGUS.

TYPIS NISIANIS. A. M. DC. LXXXI.



2/2





D I S S E R T A T I O I N A U G U R A L I S

P R A E S E N T I T I O N E

M A G I S T R I J C O S T A N T I N O O R D I N I S

I N A U G U R A L I S

D E C E N T R I

O M N I U M A R T I U M

O R D I N I S S A X O N I C O T H E O L O G I C I

V I D E A M A L I S S E R I A T I O N I S

L I C E N T I A

H O N O R I S P U B L I C I S

I N A U G U R A L I S

D E C E N T R I

D E C E N T R I

J O H A N N E S P A U L I

R E C T O R

I N A U G U R A L I S

UNIVERSITÄT  
MAGDEBURG

A  
E

YD





*ILLUSTRISSIMO COMITI*  
*AC DOMINO,*  
*D O M I N O,*  
**ALBERTO ANTONIO**  
**E QUATUOR S. ROM. IMPERII**  
**COMITIBUS,**  
**COMITI IN SCVVARZBURG.**  
**ET HONSTEIN,**  
**DYNASTÆ ARNSTADII, SONDERSHUSÆ**  
**LEUTENBERGÆ, LOHRÆ ET CLETTEN-**  
**BERGÆ,**  
**COMITI AC DOMINO SUO**  
**CLEMENTISSIMO**



## ILLUSTRISSIME DOMINE,

**N**on diu deliberandum erat, *cujus Patrocinio specimen hocce legale concrederem rectius, quam *cujus subditus vivam, ex ea ortum ducens terra, quæ Te Patrem Patriæ submisissimè colit, admiratur. Equidem debuisset me à conamine arcere excellens V. C. dignitas, arduaque pro communi bono curæ, ne Illam interpellarem. Ast vicit Humanitas, Virtus principibus personis digna, quam exteri pariter & subditi admirantur, inusitata; Vicit innatus cultus atque obsequiosa devotio, quæ aditum devinctissimo inter obsequia sua præbuit, præsertim cum orbi innotuerit, quantopere V. C. solidæ eruditioni faverit, eâque præditos promoverit, ac literatam nobilitatem tulerit in oculis. Depono ergò ad pedes V. C. fidei meæ indicem ingentisque devotionis pignus. Fave hisce conatibus, CLEMENTISSIME DOMINE, ac permitte specimen hocce humilimæ, devotissimæ & perpetuæ erga V. C. submissionis perhibere testimonium. Servet Deus T. C. in ditionum tuarum bonum rebus humanis per diu incolumem, florentem, vigentem; faciatque me sub Tutela Tanti Comitæ vivere feliciter! Dabam D. 2. Novemb. 1681.**

Illustriss. Celsit. V.

Subjctissimus

JOH. PHILIPP. Bötticher.





## Præloquium.



Lim gentes Germanicas initio nullas leges scriptas observasse, *cum literarum secreta velut scriptiois elementa viri pariter ac fœmina ignoraverint*, testis est Tacitus *de morib. German.* Neque enim legibus multis, scriptis quidem, opus est, ubi morum est simplicitas. Saxonum tamen mores imprimis confirmavit Carolus Magnus, leges novas prorsus iis addens. Quas cum aliis variis consuetudinibus congeffit & latina lingua conscripsit Epko vel Eccardus à Repka vel Repkau seculo post Christum natum XII. Conring *lib. de orig. jur. german. c. 30.* postmodum rogatu Hojeri Comitis Falckensteinii, tunc temporis unus ex Tetrarchis Saxoniae germanicè versum. Idemque jus postea ab Ottone I. Imper. fuit confirmatum & germanicè *Landrecht* dictum. Quæ jura apud Germanos, etiã non Saxones, in magno sunt habita honore, & diligenter servata. Tandem jura Romana in consortium assumpta tantum obtinuere robur, tanquam ipsi germani ea sibi condidissent. Ast obtinet in multis articulis inter hæc jura peculiaris quædã diversitas, ita ut Saxonica quæ ampliando, quæ restringendo transilient vel relinquunt civilis juris terminos. Quanquã à dispositione juris civilis recedendum

A

non



non sit, si non speciali juris Saxonici dispositione vel obser-  
 vantia constet. Ne dicam, quæ Serenissimi Electores ac  
 Duces Saxoniae in suis ditionibus sanxere. Ut proinde  
 quilibet, qui jus statuendi habet, de rebus ad civitatem  
 spectantibus statutariis juribus promulgare, suosque  
 tantum cives habere possit devinctos. Quarum tamen ob-  
 servantia non ligat omnes omnino, prout jus civile uni-  
 versale, sed suos tantum cives, qui territorio nomen dede-  
 runt Petr. Gilken ad auth. Quas actio C. d. SS. Eccles.  
 c. 2. l. 13. Sic quibusdam in causis juris Saxonici dispositione  
 communi neglecta specialis praevalet; & è contrario,  
 quaedam secundum jus commune olim decisa novis con-  
 stitutionibus, & decisionibus vel confirmantur vel mu-  
 tantur, vel quandoque plane nova fiunt ac custodiun-  
 tur. Exemplo est *Præscriptio Saxonica*, hoc loco (nolu-  
 mus derivationem & acceptionem vocabuli, nec non  
 ea, quæ ad cognitionem præscriptionis in genere scitu  
 necessaria sunt, toties discussa huc recoquere) denotans  
 certum temporis momentum jure Saxonico præfixum,  
 intra quod debet fieri, nisi quis jure suo excidere velit;  
 quæ multa à jure communi separata habet. Quam solen-  
 nis dissertationis loco in sua peculiaritate, ut ita loqui  
 liceat, & sic efficienter Saxoniam dictam & quatenus con-  
 venit cum communi, secundum ordinem momentorum  
 seu intervallorum, tractabimus. Annuat D E U S  
 coeptis!



## SECTIO I.

De

PRÆSCRIPTIONE SAXONICA  
MOMENTANEA, DIERUM ET  
MENSUUM.  
THESIS I.

Statim ac hæres intelligit mortem ejus, cui successurus est, bona defuncti *confestim* obsignari faciat, observantiâ fori saxonici introductum est. Si verò hoc omittat, vel post aliquot v. gr. tres, quatuor &c. dies, cum sese immiscuerit rebus hæreditariis, eas obsignet, ab omni suspitione dissipatæ hæreditatis vix tutus & immunis habetur, ita ut postmodum exhibens inventarium id jurisjurandi religione corroborare ac munire debeat, per tradita Molleri *lib. 2. Semestr. 14. n. 5.* Et ita Scabini Lipsienses pronunciarunt, teste Carpzov. *p. 3. const. 33. d. 10.* Momentaneum quoque est fatale *interponende appellationis*, quando sententia concernit res metallicas, per textum in Sanctione Elector: quæ vocatur *Silberordnung art. 114.*

Th. II. In iis quæ de momento in momentum currunt, etiam *horarum puncta* observanda sunt. Quemadmodum in Instrumentis appositio horæ vel momenti prioritatem pignoris importat Neguzant. *tr. de pignor. p. 5. n. 21. 43.* Sic in foro Saxonico in prælatione arresti momenta & horarum puncta probantur, ut is, qui prius judicem pro Arresto sibi decernendo adiit & impetravit, alteri præferatur, quia prior tempore potior est jure *c. 54. de R. 7. in 610.* Id quod Constitutione Electorali Saxonica *28. p. 1.* habetur §. *ferner sollen / verb. von der Stunde anzufangen & process. judic. tit. 48. in pr. vers. von dem Tage und Stunde an / da sie erstlich den Nummer schriftlich angelegt.* Sin autem plures arrestantes simul arrestum impetraverint, ut



de momento prioritatis constare nequeat, pro rata pariter admittuntur arg. §. Da auch ihrer zween oder mehr *fin. tit. 44. Constit. Elect. Sax. 28. §.* nach iezo berührten. Item in subhastatione licitator durante subhastationis tempore, *ultima hora* majus pretium offerens audiri debet Carpzov. *proc. tit. 25. art. 4. n. 66.* illudque tempus currit de momento in momentum. Fatale quoque decendii in leuteratione incipit currere à momento ipsius horæ, qua sententia publicata est, adeo ut decendio nō satisfacto dicatur, si leuteratio alia post hora interponatur, dicit Dan. Möller. *ad Const. Elect. p. 1. c. 19. n. 7. §. 8.*

TH. III. Jurare jussus intra *octiduum* à tempore, quo sententia transit in rem judicatam, se offerre debet; Si negligat istum terminum, ei præscribitur *Ord. proc. tit. 18. von Eyzden deroselben delation §. 5.* Nach dem auch *vers. würde* aber / quia forma præscripta præcisè observari debet, nec per æquipollens adimpleri potest, ita ut octiduum illud anticipari nequeat, sed si anticipatur, antequam decendium fuit elapsum, juramentum pro deserto habeatur *Ord. proc. d. r.* Rigor tamen iste remittitur, si jurare jussus aliquam causam habeat petendæ dilationis, vel absentiz excusandæ probabilem, tunc alius jurandi terminus primo elapso non immittò conceditur Moller *ad. Const. Elect. 12. p. 1. n. 2.*

TH. IV. Per tres *quaterdenas* von 14. Tagen zu 14. Tagen fieri debet subhastatio *Landr. lib. 1. art. 10. Const. Elect. 32. p. 1. Ord. proc. jud. tit. 39.* Quod tempus præcisè observandum est, aliàs venditio est nulla *arg. l. 1. C. d. fid. §. jur. bast. f. sal.* Id tamen practicam fori istius de consuetudine immutasse & terminum Saxonicum, puta sex septimanas & tres dies hujusmodi executioni destinasse post Berlich. *p. 1. concl. 81. n. 19. §. seqq.* dicit Philippi. *in confid. super. Proc. Elect. d. anno 1622. tit. 39. confid. 3. n. 5.* Ex actione reali condemnatis ad partitionem & restitutionem 14. dies à tempore præcepti executivi jure Sax. conceduntur *Landr. lib. 2. art. 5. Schneidew. ad. §. quadrupli J. de action. n. 62.* Nisi reus pareat, ei res militari manu



manu auferenda & aëtoritradenda est Landr. lib. 1. art. 10.  
*Const. Elect. 32. p. 1. Ord. proc. jud. tit. 39.* Curiosum quoque  
 fuisse Serenissimum Electorem Saxonix in concessione arresti,  
 ne vel creditor periculum habeat, vel debitor infamiam &  
 maculam aliquam incurrat, ex eo liquet, quod sanciverit,  
 ut creditor arrestum impetrare volens ad observationem,  
 certæ solennitatis, ceu formæ substantialis ad unguem ser-  
 vandæ adstrinxit & arrestum jam impetratum de una quater-  
 dena in aliam bis renovari jussit, dict. constit. in pr. vers. Also  
 bald wenn ihm der erste Rummer Ord. Proc. judic. tit. 51. §.  
 wie aber nun vers. und demnach ein ieder Rummer also  
 bald er verstattet von 14. Tagen zu 14. Tagen/zweyer ver-  
 neuert &c. ratio hujus superstitiosæ renovationis emanare  
 videtur ab antiquo more ac stylo judiciorum in provinciis  
 Saxonix usitato, secundum quem de una quindena in ali-  
 am interpolatis vicibus exercebantur olim actus judiciales,  
 vel ut Saxo loquitur : Würden die Geding gehalten  
 Coler. de proc. execut. p. 3. c. 8. n. 32. Currit autem quater-  
 dena primæ renovationi præfixa à dienonpetiti, sed impetrati  
 seu registrati arresti Ord. proc. tit. 51. An verò temporis ille  
 cursus de momento in momentum computetur? ita exi-  
 stimant Moller. ad Const. Elect. 29. n. 1. p. 1. & Rauchbar.  
 p. 1. qu. 3. n. 1. Verum praxis testatur, illud tempus currere à  
 die in diem, ita ut totus dies renovando arresto cedat, &  
 impetrato arresto die primo alicujus mensis sufficiat arre-  
 stum quacunque hora diei istius mensis decimi quinti re-  
 novari Carpzov. process. tit. 21. art. 4. n. 20.

TH. V. Non nisi intra menstruum spatium hæredes de-  
 functi de jure Saxonico jus protimiseos in redemptione  
 subfelliorem in Ecclesiis exercent, Decret. Synod. d. anno  
 1624. §. Wenn sich auch Kirchen-Stände ic. quò compe-  
 scatur negligentia heredum, eoque citius extraneis de sub-  
 fellis in templo prospici possit, & ne Ecclesia diutius solu-  
 tionem pretii, quo opus forsan habet, expectare cogatur,  
 Carpzov. Jpr. Consist. l. 2. tit. 23. def. 368. Si verò hæres illud



ignoraverit, sit ut post mensem admittatur ad redemptionem  
 subfelliorum; ignorantia enim in prescriptione mensura  
 heredi non nocet Moller. ad Const. Elect. 32. p. 2. n. 13.  
 Carpz. d. l.

TH. VI. Intra spacium trium hebdomadarum in causis  
 executivis reus à die insinuati cum documentorum,  
 copiis libelli computandum omnes suas exceptiones, quas  
 vult proponere, in scriptis cum copiis documentorum, qui-  
 bus eas probare nititur, offerat judici; & nisi id observet,  
 exceptionibus suis (exceptis tamen solutionis & compen-  
 sationis exceptionibus) cadit & in reconventionem dimit-  
 titur, id quod Ord. provinc. 1555. rubr. versetz Brief und  
 Siegel R. Erledigung des Landes Gebr. d. anno 1601. von  
 juttiz Sachen.

TH. VII. Sex septimanis vel tribus quaterdenis in foro  
 Saxonico præscribitur adversus Dominum res inventa, aut  
 furibus vel raptoribus in fuga ablata vel extorta; modo facta sit  
 hujusrei denuntiatio in foro per personam publicam, ita  
 ut ad plurimum notitiam pervenerit Landr. art. 37. lib. 2. ibi:  
 Komt aber iemant in sechs Wochen der sich darzu zöget  
 so nimbt der Richter zwey Theile und jener (inventor)  
 behält den dritten Theil Coler. ad cap. de quarta n. 83. in fin.  
 X. de prescript. Fatale sex septimanarum præstitutum quo-  
 que est ad exhibendam primam positionem, quod à tempore rei  
 judicatz publicata desuper judicis sententia currere  
 incipit Ord. Proc. judic. tit. 29. Quod tempus à iudice qui-  
 dem prorogari, non autem coangustari potest Nicolai in  
 process. p. 1. c. 65. n. 10. Idem terminus 6. septimanarum di-  
 sputationibus attestatorum præscriptus est, intra quem  
 partes disputationes suas vicibus alternis excipiendo, re-  
 plicando, duplicando & triplicando interjecto semper  
 spacio sex septimanarum, proponere tenentur Const. El. Sax.  
 18. p. 1. Estque hic terminus fatalis de momento in mo-  
 mentum currens, ita ut elapso spacio sex septimanarum ne  
 quidem in continenti postea admittantur litigantes, exce-  
 ptio-





ptionem aliamve petitionem exhibere volentes Carpzov. *proc. judic. tit. 15. art. 2. n. 7. & seq.* adeo ut nec mora purgari queat. Quod quidem non intelligendum est de positionibus in genere, sed saltem de unâ tantum nimis serò oblatâ, adeo ut si reus post publicatas attestations intra terminum pro- stitutum jura sua proferens, exceptionem perdiderit, post replicam actoris, cum duplica sua contra personas testium, eorumque attestata audiendus sit, *Ord. proc. jud. tit. 29. §. 5. Frideric. Pruckmann. consil. 38. n. 92.* quia eo casu in eo so- lummodo peccavit, quod exceptionem suam, vel aliam positionem neglexit, eam igitur solum per contumaciam, perdidit, neque ulterius privationis pœna ad duplicam &c. extendenda erit: Cum pœna debeat correspondere delicto *l. 22. C. de pœn.*

TH. VIII. Terminus *sex septimanarum & trium die- rum* de Jure Saxonico est probatorius, *Eine vollkommene Sächsische Frist.* Quod tempus non solum est conti- nuum, ita ut nullis feriis interrumpatur *Moller. ad d. Constit. 16. n. 4.* sed etiam ab eo ipso momento currit atque compu- tandum est, quo sententia, per quam probatio alicui fuit injuncta, transit in rem judicatam *Ord. proc. judic. c. 20. pr.* Estque hic terminus ex dispositione juris Saxonici perem- torius & exclusivus aliarum probationum *princ. Ordin. proc. judic. d. t. 20. §. und dieweil auch.* Equidem existimant nonnulli, quod is cui probatio incumbit, intra illud tem- poris spatium, plene probare tenetur per *art. 62. lib. 1. Landr. Verb. Gezeugnuß soll man in sechs Wochen vollkommen/ Weichbild art. 75. & 86. Const. Elect. Saxon. 16. p. 1.* Ast illud non servatur, sed tam de jure Saxonico communi, quàm Electorali satis est, litigatorem articulos exhibuisse ac ob- tulisse & nominasse testes ad juramentum & examen *Carpz. p. 1. const. 16. d. 1. n. 2 & 3.* quia difficile est intra termi- num tam angustum plene & perfectè probationes consum- mari, quas potius adjuvari quàm restringi par est *l. 21. C. d. Malef. & Mathem.* Atque itidem de Jure Saxonico peculia- re est,



re est, termino probatorio elapso novos articulos non recipi, nec testes, nec instrumenta admitti; sed probationem ex prioribus articulis justificandam esse Carpz. *d.l.* Cessat tamen hæc præscriptio, si terminus sit prorogatus, quod ex causa magna probare quandoque solet iudex, quò prolixius spatium ad probandum indulgeatur; Imò pœnitere, articulos mutare, augere, aut plura indicia subungere possit producens dilatione durante *Ord. proc. judic. d. tit. 20.* Berlich. *p. 1. conclus. 38. n. 67. & 72.* vel si citra producentis culpam testes vel demortui, vel peregrè absint, & ideo periculum sit ne in probatione actor deficiat, quo casu novos testes in locum demortuorum nominare non prohibetur *d.l. 20. §. fin.* vel instrumenta post terminum vel etiam publicationem attestationum noviter reperiuntur, quorum vel antea mentionem habuit producens, vel de ignorantia jurato testatum post fecit *Ord. proc. tit. 24.* verb. *Es wäre denn Sach/W.* Idem terminus sex septimanarum & trium dierum *in actionibus personalibus* est Reo definitus de Jure Saxonico *Constit. Elect. 32. & Ord. proc. judic. tit. 39.* §. *Wenn ein Urthel.* Si non soluit, executio realiter, per resectionem frustuli ligni è janua, aut alias in eo loco usitatas ceremonias, ad effectum producenda est. Eodem Jure Saxonico *juraturus* tenetur spatium sex septimanarum atque trium dierum observare, intra quod temporis spatium à momento lapsi decendii computandum, debet juramentum præstari Zobel. *p. 1. diff. 34. n. 10.* vid. *Ord. proc. jud. tit. 18. §. 8.* In Electoratu Saxonico nullitatis intentandæ terminus est sex sept. & 3. dierum; ita ut lapsi intra illud tempus, à die publicatæ sententiæ computandum, sub pœna præclusi nullitates allegare & in sequenti termino, in judiciis curialibus & supremo Appellationum judicio; in aliis verò inferioribus judiciis intra terminum Saxonicum duplicatum ad deducendas & probandas eas citationem impetrare teneantur *Ord. proc. judic. tit. 38. post pr. verb.* *Daß er innerhalb sechs Wochen und dreyen Tagen* Carpz. *proc. tit. 19. art. 3. n. 9.*



*de Jure Saxon. Elect. & moribus hodiernis* citationes terminum Saxonicum debent continere, nisi actor terminum circumductum ac nullum frustra què sumtos expensos velit *ord. proc. tit. 4.* in tantum ut nec dies termini computetur in termino *Carpz. p. 1. c. 2. d. 23.*

TH. IX. *Duorum mensium* terminus jure Elect. Saxon. specialiter indulgetur in casu quo quis exercitium juris braxandi cerevisiam probare vult *Ordin. provinc. d. anno 1555. tit. Brauen und schencken. vers. auff solchen Fall.* Intra duos menses ad summum tenetur judex tradere partibus copiam publicatarum attestationum, si probatio facta est per testes *verb. Von Zeit an der erlangten Abschrift.*

TH. X. Intra spacium *duplicati termini Saxonici* binen gedoppelter Sächsischer Frist diffamans in processu diffamatorio debet probare diffamationem *Carpz. in proc. tit. 20. art. 3. n. 42.*

TH. XI. Intra *triplicatum terminum Saxonicum* à tempore affixi proclamatis creditores citati in diversis locis diversæ jurisdictionis sub pœna præclusi comparere tenentur. Si terminos istos elabi passi fuerint creditores eo ipso à concursu excluduntur *Erledigung der Landesgebr. d. anno 1661. tit. von justitien Sachen/ §. 10.* & inter solos comparentes facienda est bonorum distributio & adjudicatio, quæ postmodum ab ipsis nullo modo potest impugnari *l. 6. C. de remiss. pig. negligentibus enim non subveniunt jura, sicut nec contumacibus l. evidentes ff. de except. rei. jud. & terminus præfixus & comminatio judicis continet exclusionem.*

## SECTIO II.

De

### PRÆSCRIPTIONE ANNORUM.

THESIS I.

Quemadmodum Jure Civili quatuor præscriptiones regulares sive decretivæ habentur, nempe mobilium, quæ  
B
tri-



triennio; Immobilium, quæ inter præsentis decennio, inter  
absentes 20. annorū spatio §. 1. *Inst. de usucap. & juriū & actio-*  
*num quæ annorum 30. vel 40. lapsu perficiuntur l. 3. 4. C. de*  
*prescr. 30. vel 40. ann.* Sic de Jure Saxonico duæ tantum  
reperiuntur præscriptionum species expressæ, quarum una  
est *Annalis*, quæ res mobiles respicit, & completur spatio  
unius anni & sex hebdomadum triumque tierum, *Jahr*  
*und Tag/ Landr. lib. 1. art. 28. pr. lib. 2. art. 44. Weichbild*  
*art. 4. in verb. Jahr und Tag.* Altera est *Tricennalis*, bo-  
na immobilia, itemque jura concernens & completur cur-  
riculo *triginta annorum & unius junctis sex hebdomadibus tri-*  
*busque diebus*, per textum *Land R. lib. 1. art. 29.* Habet tamen  
Jus Saxonicum etiam specialia quædam circa hæc tempora,  
intra quæ a jure communi præscribitur; Quamvis in reli-  
quis actionum in judicium ducendarum terminis fatalibus  
a Jure Civili introductis Jus Saxonicum ne latum quidem  
unguem recedat, siquidem nova constitutio seu statutum  
non trahitur ad casus speciales in jure antiquo comprehen-  
sos, ne per illud auferatur privilegium a jure communi  
concessum Heigius *p. 1. qu. n. 43. Philippi in usu pract. Inst.*  
*lib. 2. eccl. 31.* In Regularibus tamen seu decretivis dunta-  
xat augmentum illud sex septimanarum ac trium dierum  
annali & tricennariæ præscriptionibus de Jure Saxonico ad-  
inventis locum habet, neque ad præscriptiones Juris Civi-  
lis speciales & singulares ac in Foro Saxonico etiam usitatas  
extenditur, quippe quod præscriptiones hæc juri communi  
sint relictæ, nec in foro Saxonico quoad eas quicquam im-  
mutatum Petr. Theodoric. *in Collig. criminal. disp. 10. tb. 7.*  
*lit. d.*

TH. II. *Anno & die, seu Anno sex septimanis & tribus*  
*diebus* de Jure Saxonico præscribuntur *Res mobiles* per d. t.  
*Land R.* quæ præscriptio annalis surrogata est præscriptio-  
ni triennali juris communis Rauchbar. *p. 2. qu. 28. num. 8.* &  
comprehendit regulariter omnia mobilia & se moventia,  
qua-



quatenus cum bona fide & cum titulo per annum possidentur, adeo ut possessori deinceps super iis aliqua controversia cum effectu & utiliter moveri non possit per text. in Land R. lib. 2. art. 44. ibi welch Mann ein Gut hat in seinen Gewehren Jahr und Tag ohne rechtliche Widersprach/der hat daran eine rechte Gewehr Gloss. ad d. art. Land R. n. 4. in verb. welch Mann. vers. Und diß ist als bereit zuverstehen von fahrender Haabe &c. Huc referuntur quoque res hæreditariæ mobiles separatim existentes, quæ anno & die præscribuntur Carpz. p. 2. c. 3. def. 10. n. 3. Comprehendit quoque præscriptio annalis Geradam & Res Expeditorias, quæ præscriptio tamen post trigesimum currere incipit, non statim a tempore mortis Land R. lib. 1. art. 28. ibi was solches Dinges Erblosß stirbet / als Heers Gewette/ Erbe oder gerade/daß soll man antworten dem Richter oder Frohnbohten / ob er es heischet nach dem dreysigsten. Morgengabam & Comestibilia, quæ speciali Juris Saxonici privilegio & beneficio ad viduam pertinent, si illa à tempore elapsi tricesimi intra annum & diem petere neglexerit, dubium non est, quin tum præscriptionis exceptione repellatur per tex. in art. 28. l. 1. Land R. Andr. Goldboc. r. de Gerada. c. 9. n. 19. Fruet et extantes & consumptos bonæ fidei possessor spatio anni & diei præscribit Land R. lib. 2. art. 28. in pr. Gloss. Weichbild. art. 4. ita, ut Dominus eos non amplius repeti possit, idque notatu dignum judicat Hartm. Pistor. qu. 251. n. 22. Res Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque locorum priorum mobiles anno & die præscribuntur, quod probatur art. 28. lib. 1. Land R. art. 21. Weichbild. ibique Gloss. art. 4. Atque in hac annali præscriptiõne tempus nunquam currit ignorantibus Dan. Möller. ad Const. Elect. 32. p. 2. n. 12. Sicuti à jure redimendi feudum annali spatio Agnatus aliter non excluditur, quam si sciverit feudum fuisse alienatum Const. Elect. 50. p. 2. vers. Innerhalb Jahres von Zeit der Wissenschaft revocirt oder angesprochen werden. Ut autem quis scire dicatur obque hanc scientiam annali spatio à jure



protimiscos excludatur nō sufficit eum perfunctoriè habere  
 notitiam generalem, sed requiritur insuper, ut totum ne-  
 gotium cum omnibus suis qualitatibus penitus cognoverit.  
 Hartm. Pistor. *qu. 12. n. 29. & 30.* Num vero annus civilis,  
 qui constat 52 septimanis, num vero annus Saxonicus in-  
 telligendus in casu, ubi debitor bonis suis subhastatis, ipse-  
 met velit redimere intra annum vel pinguiorem emtorem  
 offerre velit juxta Ordin. Torgens. de anno 1583. tit. Von  
 Seylbieten / subhastation, inter DD. Saxonicos non con-  
 stat; Pro anno Saxonico Facultas Juridica Lipsiensis, pro  
 anno civili vero Scabini pronunciarunt, teste Carpz. *p. 1. c.*  
*32. d. 52.* ubi n. 6. horum sententiam etiam in judicio supre-  
 mo Appellationis Dresdensi approbatam dicit, tum quia  
 Sanctio Electoralis in Ordin. Torgens. & Process. judic.  
 præcisè loquitur de spatio anni (Innerhalb Jahresfrist)  
 haud facta mentione ullius septimanæ vel diei ulterioris;  
 tum quia jus reuisionis admodum odiosum censetur per  
 ea, quæ tradit Wesenb. *p. 3. cons. 129. n. 58.* tum quia spatio  
 anni Saxonici adjici solent dies vel septimanæ Jahr und  
 Tage / vel Jahr und sechs Wochen ut constat ex Land R.  
*lib. 1. art. 38. in pr. Lehn R. cap. 25. & 26. Const. Elect. Sax.*  
*25. & 50. p. 2. Carpz. cit. loc.* Jure Saxonico omnes Vasalli  
 intra annum & sex septimanas feudum suum recognoscere  
 tenentur *c. 25. & 22. Lehn Recht.* Ubi dicunt DD. propte-  
 rea anno diem esse adjectam, ut controversia, an dies ter-  
 mini computetur in termino de qua Mynsinger *cent. 5. observ.*  
*25.* & alii tolleretur. Quod tempus Jure Saxonico coarctare  
 Domino permissum est, textus est in *Lehn Recht c. 22.*  
*in fin. & c. 50.* ibi: Denn wo der Herr dem Mann das Gut  
 anbeut zu leihen / so soll er es zu Hand empfaben / oder  
 er verseumet sich daran / denn der Herr bricht also dem  
 Manne durch sein Anbieten die Zeit des Jahrs. Reinhart.  
*differ. jur. civ. & Sax. p. 4. diff. 11.* Currit vetò id tempus  
 non nisi à die scientiæ, i. e. ab eo die, quo primum Vasal-  
 lus resciverit talem mutationem incidisse *arg. 2. feud. 9. l. 1.*  
 Lehn R.



LehnR. cap. 50. vers. Wo aber der Mann erfähret w. & ibi Gloss. Latin *lit. c. quod etiam approbatur in Const. Elect. Sax. p. 2. c. 45.* ubi de simultanea investitura traditur, ut præfinitum tempus non nisi à tempore scientiæ currere debeat s. der gesamten Hand abee w. Innerhalb Jahr und Tag von Zeit der Wissenschaft an / Folge zu thun pflichtig seyn ibique Carpz. def. 20.

TH. III. *Triginta annorum, anni & sex septimanarum triumque dierum spatio* Ein und dreyßig Jahr / Jahr und Tag præscribuntur Res Immobiles, incorporales tam inter absentes, quàm præsentis: LandR. d. art. 29. lib. 1. ibique Glossa Const. Elect. Sax. 3. p. 2. d. 3. & 9. Ad quam præscriptionem tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, tum quod Jus Saxonicum de bona & mala fide nihil determinat, sed hoc saltem dicit: An Erb unu Eysgen mag sich der Sachsen verschweigen binnen 30. Jahren / Jahr und Tag eher nicht *art. 29. lib. 1. Land Recht:* Ideoque standum est in foro Saxonico dispositioni Juris Communis siquidem præscriptio statutaria surrogatur loco præscriptionis juris communis, & regulatur secundum ejus naturam, Cöler. *ad cap. ult. de præscrip. n. 33.* tum ob verba manifesta Const. Elect. 3. p. 2. Es währe denn mala fides nicht alleine für gewendet / sondern auch erwiesen würde / tum propter Gloss. *in cap. 13. Lehn Recht Gloss. ad art. 29. in verb. An Eysgen und Erbe lib. 1. Land Recht /* præsumitur tamen bona fides pro præscribente ex lapsu temporis longissimi Carpz. *p. 2. c. 3. d. 7. Res mobiles quoque furtiva, quia earum vitium ipsis est perpetuus comes & difficillimè purgari potest annis 31. & die præscribuntur Carpz. p. 2. c. 3. d. 16. n. 5. ubi dicit licet res furtiva in foro Saxonico anno & die non præscribatur ut reliquæ res mobiles, attamen præscriptioni tricennali comprehenditur, ita ut possessor rei furtiva effluxis 30. annis anno & die baudquaquam restituere tenentur. Res hæreditarie mobiles bonis immobilibus vel juribus hæreditariis cohærentes præscribuntur 31. annis tribusquè diebus: Unde est, quod*



Schneidew. ad Inst. de Usucap. Rubr. n. 53. lit. b. dicat; quod anno & die non præscribatur hæreditas, quamvis confitetur ex solis mobilibus. Transeunt enim hoc casu res mobiles cum hæreditate, & censentur secundum naturam hæreditatis non aliter atque partes secundum naturam totius arg. l. 76. ff. de Rei Vind. Actioni Revocatoria seu Pauliana. quæ ea, quæ in fraudem Creditorum à Debitore alienata sunt, post bona à Creditoribus possessa revocantur §. 6. Inst. de action. quatenus debitor in fraudem Creditoris debitorem suum liberavit, vel quando res ex causa lucrativa ad eum pervenit, in foro Saxonico non nisi 30. annis anno & die præscribitur Carpz. p. 2. c. 3. d. 20. Præscriptio contra ipsam Civitatem & Communionem nomine universali incepta annis 31. septim. sex & dieb. 3. finitur Const. Elect. 6. p. 2. Dixi: Nominè communi: Si enim contra certas quasdam personas singulares præscribatur, nihil Universitati potest auferri, cum factum alterius alteri obesse aut præjudicium afferre non debeat l. non debet ff. de R. J. Carpz. d. l. def. 1. Item si quis per annos 31. hebdom. 6. & 3. dies feudum possederit & servitium Domino exhibuerit quamvis de ea re non sit investitus servari potest art. 28. lib. 1. Land Recht Coler. ad cap. de quantanum. 48. X. de præscriptionibus. Modo Vasallus rem possideat tanquam feudalem & præscribens Domino servitium præstet, Bocer. tract. de præscript. feud. cap. 3. num. 10. Simili modo opera rustica præscribuntur triginta annis anno & die in foro Saxonico, tum per textum const. Elect. 4. p. 2. §. hätten aber in solcher Zeit die Bauern/ tum quod jus Saxonicum in servitutibus indifferenter tam continuis, quam discontinuis aliisque Juribus realibus nullam aliam præscriptionem noverit Schneidew. ad §. ult. Inst. de Serv. rust. præst. neque Titulo opus est Hahn. ad Wesenb. de Serv. D. Struv. Synagm. Jur. Feudal. cap. 8. tb. 12. n. 3. Si Colonus & Emphyteuta negat se talem, pensionemque solvere recusaverit, & sic pro suo possidere inceperit eamque possessionem 31. annis 6. septim. & 3. dieb. continuaverit, Dominium Emphyteutæ præscribit Carpz. p. 2. c. 3. def. 17. Venditor immobilium rega.



regulariter in foro Saxonico de evictione conveniri potest usque ad 31. ann. cum tribus quaterdenis. Mobilium autem Venditorem post annum non amplius teneri tradit Christoph. Zobelius *ad art. 83. lib. 3. Land R. Carpz. d. l. def. 18. ubi n. 9. dicit*: Hodie in foro Saxonico Venditor rei venditæ, Guarandator tamdiu esse debet, donec emtor eam præscribat, quod fit in rebus immobilibus triginta annis, anno & die, in rebus autem mobilibus post annum & diem. Jus *utendi certo aliquo molendino* adversus incolas alicujus Pagi vel oppidi Zwangsmühle triginta annis anno & die præscribitur. Carpz. *p. 2. c. 4. d. 9.* Excellentiss. Dn. Præses *in disert. de Molendinis bannariis sect. 4. tb. 17.* ubi allegat die Fürstl. Gothaische revidirte Landes-Ordnung tit. Mühl-Ordnung. *Consuetudo quoque de Jure Saxonico sive præter, sive contra jus* inducatur requirit triginta annos, annum & diem *dreyßig Jahr / Jahr und Tag Ludov. Fachs. lib. 1. diff. 12.* quæ debet esse continuata, non interrupta Schneidevv. *ad §. ex non scripto n. 4. & seq. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Privilegium,* quo facultas faciendi aliquid alicui conceditur 31. annis sex sept. & 3. dieb. jure Saxonico non utendo amittitur Rauchb. *p. 2. qu. 11. n. 98.* modo curriculum temporis effluxerit ab illo termino, quo Privilegii usus aliquis esse potuerit, nec tamen ullus subsecutus sit, ubi enim negligentia non est, ibi etiam non est pœna Jason *vol. 3. conf. 7. n. fin.*

## SECT. III. & ULT.

### De PRÆSCRIPTIONE SAXONICA

*Latenus*

Partim cum Communi convenit, partim  
ab ea discrepat.

THESIS I.

Supra Sectione II. th. dictum est jus Saxonicum in præscriptionibus seu terminis fatalibus à jure civili constitutis  
ne



ne latum quidem unguem recedere. Quemadmodum speciales illæ & permissivæ in eodem foro adhuc durant, uti sunt annalis injuriarum verbalium l. 5. C. de injur. Biennalis doli, leg. fin. C. de dol. Quadriennalis contra fiscum & contra s, fin. Inst. de usucap. Quadragenalis seu canonica rerum & bonorum Ecclesiasticorum auth. Quas actiones Cod. de S. S. Eccles. Philipp. in usupract. Inst. l. 2. Eccllog. 31. Quemadmodum in eo casu ubi præscripta actione principali actio hypothecaria durat notabiliter pronunciarunt Scabini Lipsienses anno 1668. verbb. Wollet ihr berichtet seyn / ob die actio hypothecaria contra ipsum debitorem vel ejus heredes de jure Saxonico, und in diesen Landen durch Verfließung 31. Jahr 6. Wochen und 3. Tage / oder aber Nachverlauffung 40. Jahre præscribiret werde. Ob nun wohl sonst nach Sachsen-Recht / alle Schulden bey Verlauff 31. Jahr 6. Wochen und 3. Tage præscribiret werden / dieweil aber iedennoch im Rechten und zwar in l. 7. S. quamobrem 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Dieses absonderlich verordnet / daß die actio hypothecaria contra debitorem ipsum & ejus heredes anderer Gestalt nicht / als / nach Verlauff 40. Jahren verjähren solle / welche Verjähung denn so wenig als andere præscriptiones singulares nach bewehrter Rechtslehrer Meinung in Sachsen-Recht aufgehoben / nach mehrern Inhalt eurer Fragen / So ist auch die actio Hypothecaria anderer Gestalt nicht / als nach Verlauff 40. Jahren / wenn die Hypotheca nicht an den dritten gelangt / sondern annoch bey dem Debitore und dessen Erben zu befinden durch die præscription ufgehoben V. R. W. Tamdiu ergo standum est in præscriptionibus jure communi introductis, donec vel expressa legis dispositione, vel usu & observantia aliud quid introductum sit.

TH. II. In foro Saxonico dubitatum fuit, num in crimine adulterii præscriptio quinquennii locum habeat, num non illud viginti annis præscribatur? Posterius asserit Finkel-

ekelt.



ckelthaus *Obs. 6. num. 7. quia in Const. Elect. 19. p. 4. dicatur*,  
 Wolle auch daß die Verjährung der fünf Jahre in dem  
 Laster des Ehebruchs nicht Statt habe / quæ verba tan-  
 quam generaliter prolata respiciunt non tantum duplica-  
 tum, sed etiam simplex adulterium; Idemque Elector in  
*d. const.* voluit, ne Scabini in posterum pronuncient quin-  
 quennii præscriptionem in simplici adultero locum habere.  
 Verum cum dispositio Juris Civilis de quinquennii præscri-  
 ptione quoad adulterium simplex in foro Saxonico non re-  
 periat mutata ad hoc stare non prohibetur; Nam allega-  
 ta Constitutio Electoralis saltem procedit in adulterio du-  
 plicato, quod in eo non quinquennii præscriptio sed vici-  
 nalis habeat locum; Et inspectio contextus exhibet San-  
 ctionem istam de duplicato loqui, cum in antecedentibus  
 legislator locutus sit de remissione conjugum, quod ea in  
 duplicato adulterio locum non habeat, & statim subjicit,  
 quod nec præscriptio quinquennii in ea debeat locum habe-  
 re; Ubi ergo remissio Conjugum admittitur, ibi etiam præ-  
 scriptio quinquennalis habet locum; Cum ergo de præscri-  
 ptione quinquennii in simplici adulterio *in d. const.* nihil sit  
 expressis verbis dispositum, ea secundum jura communia in-  
 telligi debet; Et hanc sententiam sequuntur Berlich. *p. 4.*  
*conclus. 27. n. 123.* Zanger. *de except. p. 3. c. 10. n. 215.* Carpz.  
*pract. crim. p. 2. quest. 59. n. 22. & seqq.* qui testantur ita practi-  
 cari; Habet autem hæc quinquennalis præscriptio locum non  
 solum si per viam accusationis, sed etiam quando per viam  
 inquisitionis procedit iudex. Elapso enim hujus præscri-  
 ptionis tempore, Rei ab omni pœna liberantur, & crimen  
 præscriptione semel sopitum non est resuscitandum, *l. 29. §.*  
*3. in fin. ff. ad L. Jul. de adult.* Nec ultra tempus præfinitum ul-  
 la amplius accusatio admittitur Prosper. Farinac. *1. quest. crim.*  
*10. n. 26.*

TH. III. Sunt & alia momenta seu præscriptiones  
 in foro Saxonico usitatæ quæ quidem non continent tempus  
 explicite denominatum, sed implicite, quatenus fatale ha-  
 bent.

C

bent.



bent, eoque sensu iisdem tempus esse determinatum dici potest. Sic enim in casu iuramenti præstandi juraturus vel contumaciter emanens, vel sine probabili causa in termino iuramenti pro calumnia præstationem recusans, non amplius audiendus sed iuramentum principale pro præstito habendum est, *Ord. process. tit. 18. §.* Nachdem auch in *fin. vers.* würde aber auch. *Positionibus* das rechtliche einbringen / quæ secundum consuetudinem curialem, Hofgerichts Gebrauch nach / ore teno dictandæ & calamo excipiendæ sunt, præfigitur tempus ad longissimum 7. dierum, in cuius primo die initium fit disceptationis & ante finem ejus vel ultimo die concludendū in causa. Actor ante præstitam guarandam libellum emendaturus debet id facere ante terminum, & Reo emendatum istum libellum communicare, quod si illud neglexerit, & saltem in termino mutatio interveniat, actor reo in expensas condemnandus est per *Ord. Proc. judic. tit. 5. in fin. ibi:* Seine Klage in Termino allererst verbessern und den Beklagten darzu mit Überschickung der verbesserten Klage nicht gebührlich citiren laße / sol sich derselbe darauf einzulassen nicht schuldig seyn / und Kläger gleichfalls in die expensen condemniret werden. Reus exceptiones omnes simul & in primo statim Termino simul opponere debet, annexâ statim litis contestatione saltem eventuali vel conditionali *Ord. Proc. judic. tit. 11. in pr.* Exceptiones quoque omnes peremptoriæ cum litis contestatione proponendæ sunt. *d. tit. 11.*

\* \*  
Addatur in th. 4. sect. 1. post verb: *arg. l. 1. C. de fid. & jur. hast. fisc.* Licet Jure Sax. ex personali actione condemnatis terminus restrictus sit ad unam quindenam *Landr. lib. 1. art. 5.*

It. pag. 2. lin. 5. legatur pro statutariis juribus: *statutaria jura.*  
Reliqua vitia propter temporis penuriam irrepta L. B. corrigat.

F I N I S.



# COROLLARIA.

## I.

**U**sucapio recte definitur à Modestino *in l. 3. ff. de Usurp.* adjectio vel adquisitio domini per continuationē possessionis temporis definiti.

II. Neque Res pupilli mobiles, neque Res puberum, neque Res meræ facultatis possunt usucapi.

III. Actio injuriæ realis ex L. Cornelia descendens non est annalis seu annali præscriptione non extinguitur, sed est perpetua.

IV. Ecclesiâ una alterius Ecclesiæ res præscribit 30. annis.

V. Pignoratio de Jure Saxonico interrumpit Usucapionem, modo pignora ista in judicio loci, ubi fundus situs est, deponantur.

VI. Sola extrajudicialis denunciatio non inducit malam fidem.

VII. Per usucapionem plenum acquiritur dominium quod nec à Principe potest auferri.

VIII. Litis contestatio non incommode in affirmativam & negativam dividitur.

IX. Conclusio in Causa non est de substantia Processus; quanquam nullam sententiam, ne quidem interlocutoriam in Camera Imperiali publicari, nisi in causa legitime conclusum sit, testetur Gail. *lib. 1. obs. 107.*

X. Sententia contra communem lata ipso jure nulla non est.

Quem



Q. J. 7e 631

**Q**uem *Kelbra* \* fovit in sinu suo molli  
 Cuique natales dedit ferè divas  
 Clypeo sub insigni gravique tutela  
 Comitum perlustrium *Schwarzburg* ut & *Stolberg*;  
 Hunc singulari maximè Dei nostri  
 Sapientiâ summis honoribus mactant  
 Horumque \*\* *Consi.* Fortè nec carent hæcce  
 Certâ auguratione, quam probet finis,  
 Fieri potest scientiæ Tuæ fama  
 Ut omnibus patefcat, atque pertingat  
 Celebres ad Aulas. Si datur quid intentis  
 Precibus, nec & votis, abibit haut ulla  
 Occasio tempusve commodum posthac  
 Memores Tui quin simus, & Tuum nomen  
 Deprædicemus optimis modis. Mirâ  
 Mutatione forsitan Tuis clemens  
 Conatibus Numen favebit, Aulisque  
 Illustrium Te junget. Omen ut fiat  
 Ratum brevi post, est, quod expetam Votis.

*In faventia tesseram*

*sc.*

P R Æ S E S.

\* *Kelbra* est præfectura Dni. Comit. *Schwarzburg*. & Dni.  
 Comitum *Stolberg*. individua. \*\* Sub Decanatu Dn. D.  
 Rothii JCTi, Consil. Saxon. & *Schwarzburgici* Dn. Candi-  
 datus Facultati Juridicæ nomen suum professus est; Et  
 Ego Consiliar. *Stolbergensis* præsidio hujus dissertationis  
 fungor.

M.C.





ILI  
**N**on diu  
 hocce leg  
 vivam  
 tria submisissim  
 à conamine arc  
 communi bono c  
 manitas, vir  
 pariter & subdi  
 tus atque obsequ  
 obsequia sua pr  
 topere V. C. solid  
 rit, ac literatam  
 pedes V. C. fidei  
 Fave hisce conat  
 permittite specim  
 erga V. C. submi  
 T. C. in ditionu  
 columem, floren  
 Tanti Comitib

Illustriss. Cel

nio specimen  
 ius subditus  
 Patrem Pa  
 lebuisset me  
 duaque pro  
 vicit Hu  
 quam exteri  
 innatus cul  
 tissimo inter  
 rit, quan  
 s promote  
 no ergò ad  
 nis pignus.  
 MINE, ac  
 s perpetue  
 ervet Deus  
 per diu in  
 sub Tutela  
 emb. 1681.

Timus  
 Bötticher.

